Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



labitis et ante reges et ꝑsides
stabitis ꝓter me in testimoniu
illis. et in omnis gentes. primu
oportet pdicari euangelium.
Et cũ duxerint vos tradentes
nolite ꝑcogitare qd loquamini.
et qd datu vobis fuerit in illa
hora id loquimini. Non enim vos
estis loquentes. sed spiritus sancti.
Tradet autem frater fratrem in mortem
et pater filium et consurgent filii in
parentes et morte afficient eos.
Et eritis odio omnibus ꝓter no
men meum. Qui autem sustinuerit
in finem hic saluus erit. Secm
Nillo t. Hedente ihu matheum.
sup montem oliueti. accesserunt
ad eum discipuli eius secreto dicen
tes. Dic nobis quando hec erunt.
et qd signum adventus tui et
consummationis sci. Et respon
ens ihs dixit eis. Videte ne quis vos
seducat. Multi enim venient in
nomine dicentes. Ego sum xps et
multos seducent. Audietis enim
estis plia et opiniones bellorum.
videte ne turbemini. Oportet enim
hec fieri. sed nondum est finis.
Consurget enim gens in gentem et
regnum in regnum. et erunt pestilen
tie et fames et terremotus per loca.
Hec autem omnia initia sunt dolorum
Tunc tradent vos in tribulationem
et occident vos. et eritis odio omni
bus gentibus ꝓter nomen meum. Et
tunc scandalizabuntur multi
et inuicem tradent. et odio habe
bunt inuicem. Et multi pseudo
ꝓphete surgent et seducent multos
Et quia habundauit iniquitas
refrigescet caritas multorum.
Qui autem perseuerauerit usque in
finem. hic saluus erit. S. lucam.
Nillo t. O. i. d. s. Attendite
a fermento physeorum qd est
ypocrisis. Nichil autem oper
tum est qd non reuelet. neque ab
sconditum qd non sciatur. quam
que in tenebris dicitis in lu
mine dicetur. Et qd in aure lo
quimini estis in thalamis pdicabitur
tectis. Dico autem vobis. amici
meis ne timeatis ab his
qui occidunt corpus. et post
hec non habent amplius qd facere
ant. Ostendam autem vobis quem
timeatis. Timete eum qui post
quam occiderit habet potestatem mittere
in gehenam. Ita dico vobis hunc
timete. Nonne duo passeres
veneunt dipondio et unus ex
illis non est in oblitione coram
deo. Sed et capilli capitis vestri
omnes numerati sunt. Nolite
ergo timere. multis passeribus
pluris estis vos. Omnis autem
vobis omis quicumque confessus
fuerit me coram hominibus et filius
hominis confitebitur illum coram
angelis suis. Secm lucam.